exercebuntur ultra ad prelium· Domus iacob: uenite et
ambulemus in lumine domini dei nostri· Gr. Tollite portas
principes uestras et eleuamini porte eternales et introibit rex
glorie ℣ Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in
loco sancto eius innocens manibus et mundo corde· Or. Festina
quesumus domine ne tardaueris et auxilium nobis superne uir
tutis impende: ut aduentus tui consolacionibus suble
uentur· qui in tua pietate confidunt· Qui cum deo· ii· Do
equi de beate Marie· iii· Pietate· Leccio Esaye prophete·
In diebus illis: Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete
tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni: siue in
excelsum supra· Et dixit achaz· Non petam: et non tempta
bo dominum· Et dixit· Audite ergo domus dauid· Numquid
parum uobis est molestos esse hominibus: quia molesti es
tis et deo meo: Propter hoc dabit dominus ipse uo
bis signum· Ecce uirgo concipiet et pariet filium: et
uocabitur nomen eius emmanuel· Butyrum et mel come
det: ut sciat reprobare malum et eligere bonum· Gr.
Prope est dominus omnibus inuocantibus eum omnibus qui in
uocant eum in ueritate· ℣ Laudem domini loquetur os me
um et benedicat omnis caro nomen sanctum eius· Secundum lucam
In illo tempore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuita

De B V [illegible]
Assumo celo [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] gloriam [illegible]
[illegible]
Alleluia [illegible]
[illegible]
[illegible] alleluia [illegible]
[illegible] fo cccc xxxvij

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2742, 00000008 – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8pkf/144/2440)